

Dissertatio medica, inauguralis, de febre puerperarum : quam, annuente summo numine : ex auctoritate reverendi admodum viri, D. Georgii Baird, S.S.T.P. Academiae Edinburgenae Praefecti : nec non amplissimi senatus academici consensu, et nobilissimae facultatis medicae decreto : pro gradu doctoratus, summisque in medicina honoribus ac privilegiis rite et legitime consequendis, eruditorum examini subjicit / Theobaldus Edmundus Burke, Hibernus, A.M. Parisiensis.

Contributors

Burke, Theobald Edmund.
University of Glasgow. Library

Publication/Creation

Edinburgh, 1795.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/zknhq6tm>

Provider

University of Glasgow


License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The University of Glasgow Library. The original may be consulted at The University of Glasgow Library. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





DISSERTATIO MEDICA,

INAUGURALIS,

DE

FEBRE PUERPERARUM.

DISSERTATIO MEDICA
IN AGRI
FEBRE PURPURAE

DE
AUCTORE
FRANCISCO JOSEPHO

DISSERTATIO MEDICA
ACADEMIAE BOHEMICAERUM

IN AGRI
AUCTORE
FRANCISCO JOSEPHO

PAG GRADU DOCTORIS
DE
SUNT IN AGRI

FRANCISCO JOSEPHO
DISSERTATIO MEDICA
ACADEMIAE BOHEMICAERUM

IN AGRI
AUCTORE
FRANCISCO JOSEPHO

DE
SUNT IN AGRI

FRANCISCO JOSEPHO
DISSERTATIO MEDICA
ACADEMIAE BOHEMICAERUM

IN AGRI
AUCTORE
FRANCISCO JOSEPHO

DE
SUNT IN AGRI

DISSERTATIO MEDICA,
INAUGURALIS,
DE
FEBRE PUERPERARUM;

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,
D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

THEOBALDUS EDMUNDUS BURKE,

HIBERNUS,

A. M. Paritientis.

— — — — — *duris genuit te cautibus horrens*
Caucasus, Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.

Virg. Æneid. lib. 18.

Ad diem 24. Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:
Apud BALFOUR et SMELLIE,
Academiae Typographos.

M, DCC, XCV.

DISSEMINATED MEDICAL
INSTITUTION
CAROLO-LINGUA
LIBRERIE PUBLI-
CATIONS
A. GEORGE BARRI, S. T. P.

THE
LIBRARY OF THE
MEDICAL DEPARTMENT
OF THE UNIVERSITY OF
TORONTO

THE
LIBRARY OF THE
MEDICAL DEPARTMENT
OF THE UNIVERSITY OF
TORONTO

Viro Nobilissimo

CAROLO BINGHAM,

BARONI DE LUCAN,

Vitae morumque integerrimo,

Commodis patriae promovendis

Inprimis devoto, et non minus antiquitate generis,

Quam illa elegantia singulari,

Quae cum in omnibus rebus gerendis constanter comitatur,

Spectabili :

Hanc Dissertationem Inauguralem

Ut parvulum animi, beneficiorum

In sese collatorum

Nunquam immemoris futuri, monumentum,

Summa observantia,

D. D. C. Q.

A U C T O R.

1751

CAROLO LINNEO

BARONIA

1751

1751

1751

1751

1751

1751

1751

1751

1751

1751

1751

1751

1751

1751

AUCTOR

DISSERTATIO MEDICA,
INAUGURALIS,
DE
FEBRE PUERPERARUM.

CUM vires cujuslibet nationis in numero incolarum plane consistant, et singulorum reipublicae magnopere refert, ut sanitati omnis populi ordinis, omni in re, quam plurimum consulatur. Morbus autem, quem exequendum susceperim, stragem in puerperas infelices magis esse horrendam, quam quaelibet pestis, edidit, et plurimos e fontibus progeniei humanae uberibus, in aeternum, occlusit. Igitur, dissertatio-

nem inauguralem editurus, animum ad naturam hujusce morbi exitialis considerandam adjunxi, quo ad medicinam faciendam paratior venirem, et malis sexus foeminei succurrere melius novissem. Ast, proh dolor ! me aliquid luminis novi naturae ejus obscurae offundere posse, promittere nequeo. Namque, summa diligentia operaque in omnibus eum spectantibus studendo positus, nihil aliud quam didici, signa ejus tantum pro certo esse nota ; causas remotas in dubio versari ; proximam tenebris Noctis Erebique profundis esse involutam, et nullam igitur signorum rationem reddi posse ; et denique viam medendi nulli certo stabilique fundamento inniti, sed, pro mera medicorum opinione, variare, et huc illuc fluctuare. Rebus ita se habentibus, nihil proprium in medium proferre conabor ; sed solummodo virorum optimorum, qui antecesserunt, vestigiis insistam.

HISTORIA MORBI.

Hic morbus, anno 1746 labente, Parisiis, a claro Jussieu, in nosocomio, quod Hotel Dieu appellatur, primum fuit notatus. Namque nobis persuasum habemus, morbum non tunc primum sese ostendisse; sed saevitiem suam in sexum foemineum, a partu, a prima origine rerum usque, frequenter exercuisse; quanquam attentionem medicorum et observationem fugisset. Nullam ejus, in monumentis medicinae, mentionem iterum offendimus, donec, anno salutis humanae 1760, Londini epidemice grassari coepit, et, in nosocomiis potissimum, plurimas puerperas subito rapuit. Anno 1770, in compluribus e Nosocomiis Londinensibus, violenter saeviit. In Westmonasteriensi, inter Novembrem anni 1769, et Maium subsequentem, e sexaginta tribus pueros enixis, novemdecim febre correpta

tae

4 DE FEBRE PUERPERARUM.

tae sunt, et quatuordecim extinctae; adeo ut mulier unaquaeque quarta propemodum fato concefferit. In nosocomio Britannico, ex octingentis et nonaginta, quae pueros, per anni decursum, pepererunt, triginta quinque hoc morbo fuerunt mortuae, vel una fere e singulis quatuordecim.

Anno 1773, in ea nosocomii Edinensis parte, ubi obstetricium exercetur, tandem apparuit. Februarium extremum versus, semet ostendit, cum unaquaeque foemina, foetu edito, vel fortitan circa viginti quatuor horas, a partu, in eum incidit; et omnes diem supremum obierunt, quamvis, omni ratione, contra morbum enixe pugnatum est. Non oppidum, eodem tempore, infestabat. Igitur Dr Young, qui huic nosocomii parti, eo tempore, praefuit, aliquid contagii loco inesse suspicans, receptacula puerperarum, donec ab hoc possent repurgari, sex mulieribus amissis, occludi iussit.

Ab anno 1774, ad annum 1786, in nosocomio Parisiensi Hotel Dieu effectus funestissimos edidit, omnem fere mulierem, quam invasit, occidens. In commentariis viri clari Tenon haec verba insignia reperiunda. “ L’Hotel Dieu
 “ donc perd quelquefois plus de la moitié des
 “ femmes, qui y vont accoucher.”

Nosocomium Dubliniense, ufui puerperarum destinatum, anno 1767, primum invisit. Ab initio Decembris ad finem Maii usque, e foeminis trecentis et sexaginta, quae pueros genuerunt, sedecim animam exhalarunt. Post septennium, ex hoc tempore, rursus apparuit. E ducentis et octoginta, quae, per menses Martii, Aprilis, et Maii, anni 1774, partus ediderunt, tredecim morte consumptae.

Ab anno 1774, ad annum 1787, nunquam Dublinii epidemice grassatus est. A die 17 Martii hujusce anni, ad 17 Aprilis, centum et viginti octo mulieres, in nosocomio, foetus excluderunt;

6 DE FEBRE PUERPERARUM.

cluserunt; quarum undecim signis febris puerperarum correptae sunt, et septem vitam posuerunt.

Novembri anni 1788, in quartam vicem, post nosocomium institutum, in conspectum sese dedit. Per hunc, et duos menses proximos, trecentae et quinquaginta quinque genuerunt; quarum septemdecim hic morbus occupavit, et quatuordecim occidit.

Anno 1787 et 1788, iisdem, quibus morbus Dublinii invaluisse videtur, per magnam Angliae partem quoque sese diffuderat; sed potissimum Londini, et in nosocomiis ei propriis, saevitiem suam ostendit, magnam puerperarum partem ubique rapiens.

Hujuscemodi fuit, in variis Europae regionibus, morbi progressus, ex quo attentionem medicorum in sese primum convertere coeperit.

Quantum ad signa attinet, quibus hic morbus insignitur, ea hoc modo sese habent.

In aegrotam, secundo tertiove a partu die, morbus plerumque invadit. In nonnullis vero exemplis, puerpera e defatigatione laboris sui nondum convaluit, antequam febris eam occupavit. In aliis, quanquam rarissime, non, ante diem octavum, fuit correpta. In iis casibus, ubi aegrota, protinus a partu, in morbum incidit, non parum probabile esse videtur, vel feminium valentissimum fuisse, vel contagioni febrili, ante partum, objectam fuisse oportere. Hinc ratio forsitan peti potest, cur morbus in nosocomia immigraverit.

Morbus vix unquam a rigore, qui, sub initia multarum aliarum febrium, usitatissimus est, incipit. Si ullus vero sit, fere semper tam levis est, ut attentionem et aegrotantis ipsius, et eam nutrientium, ex toto fugiat. In momentum, si
nobis.

nobiscum reputemus, quantopere sensibilitas et irritabilitas univcrsae, per totum morbi decursum, diminuantur; non est, cur, aegrotam vel eum non posse notare, vel ejus postea non posse reminisci, miremur.

Quod signum in multis notavi, id est foetum lactandi averfatio, et ejusdem incuria. Hoc a plurimis a natura morbi alienum esse creditur; sed ab aliis, qui notionem morbi non parum accuratam habent, partem ejus veram constituere existimatur.

Plerisque in exemplis, secretio lactis imminuitur. In quibusdam, parum nihilve fecernitur, et mammae nunquam tumescunt, potissimum cum morbus, brevi spatio, a partu accedit. In aliis, cum morbus, post secretionem lactis inceptam, invasit, lac cito evanescit, et mammae mollescunt et flaccescunt. Quantum ad dotes ejus mutatas attinet, nullam mutationem manifestam subiisse

constanter mihi videbantur partes, unde constitui existimatur.

Plerumque, sub ipsum morbi initium, vultus speciem prae sese singularem fert, idque diu, antequam vires aegrotae revera convulsas esse concipere possumus. Pallidus et aliquantum cadaverosus evadit, et omnes faciei musculi ex toto relaxari videntur. Labia angulique oculorum colorem rubrum floridum amittunt, et genae faciesque reliqua eam speciem horridam, quae in aegrotantibus, qui morbo longiore fuerunt debilitati, semet ostendere consuevit, sibi assumunt. Humiditas glutinosa, in facie, plerumque apparet; citra vero plenam sudationem. Pupillae oculorum fere semper plurimum dilatantur, sed sese contrahunt, luci valentiori objectae. Oculi ipsi fulgorem et mobilitatem, brevi, amittunt, et speciem vitream sibi acquirunt. Officiis solitis non amplius rite funguntur, sed quasi vacare videntur, et parum attente quodlibet

objectum versus convertuntur, et in eo contemplando non diu occupantur, sed ad aliud, brevi, vagantur.

Morbo progrediente, lingua multas mutationes subit, nec speciem, omnino eandem, omnibus in exemplis, prae sese fert. Saepissime, sub initia, omnino pallida, sed non sicca est; et hujuscemodi est, non raro, ejus conditio, per totum morbi decursum. Frequentius vero postea arefcit et albescit, et, in quibusdam exemplis, perquam aspera evadit. Cum morbus formam maligniorem habet, et, in aliquot dies, duravit, fere constanter fusca fit. Quandocunque hoc incidit, superficies dentium pellicula ejusdem coloris incrustari reperietur.

Quibusdam in casibus, aphthae in totam superficiem oris et linguae, duri mollisque palati, uvulae, tonsillarum et pharyngis semet diffundunt, adeo ut omnes hae partes omnino albescant,

cant, et plurimum tumeant. Irritatio, hinc oriunda, proclivitatem ad tussendum constantem progenerat, quam, aliqua ex parte quoque, facit mucī crassioris, circa pharyngem, secretio, qui tracheam obstruit, spiritum difficilem perpetuo efficiens. Nonnullis in exemplis, aphthae, modo depictas referentes, circa anum reperiri solent; quod minime demonstrat, ut nonnullis placet, eas, ab ore ad anum usque, diffundi; namque cadaverum incisio huic notioni plane adversari videtur. Irritatio circa pharyngem nauuseam quoque aliquando movet. Aphthae, in tempus diuturnum, plerumque manent, potissimum circa uvulam et tonsillas.

Cutis corporis reliqua, in morem ejus faciei propriae, nec dura, nec tensa est; sed tactui magis, quam sanitate substantive, relaxari videtur; et nonnunquam eadem humiditate glutinosa, quam semet in facie ostendere supra posuerimus, obtegatur.

Calor aegrotae naturalem raro excedit, quantum vel ipsa, vel adstantes judicare possunt. In iis casibus etiam, ubi, aliis iudiciis, naturali major visus fuit, de eo aegrotata ipsa non est conquesta. De siti, quae in febribus tam usitata est, hoc in morbo, paucae querimoniae tantum habentur.

Actio cordis arteriarumque, sub ipsum morbi initium, afficitur; adeo ut ictus arteriarum frequentes primum, quod possit notari, signum constituent. In quibusdam aegrotantibus, quae, antequam morbus invasit, validae plenaeque fuerunt, solito valentiores, in pauculas horas, reperiuntur; sed, brevi, debiles evadunt.

In plerisque, quos viderim, casibus, actio cordis arteriarumque, modum in mirandum, increvit. Pulsus arteriarum, intra minutum, morbo tantum incipiente, 110 plerumque adaequant, et interdum ad 130 adscendunt. Per ejus decursum,

sum, magis magisque frequentes, abnormes, intermittentes, debiles et tremuli evadunt, donec vix aut numerari aut percipi possunt.

In quibusdam exemplis, maculae purpureae, ut in febribus petechiis stipatis, ante mortem, apparuerunt, a magna vasorum debilitate, quae humores in telam cellulosam elabi patitur, vel a statu fluidorum ipsorum vitiato et corrupto, vel forsitan ab utraque causa, pendent.

Ex ictibus arteriarum frequentibus solis, potissimum si 110 adaequant, aut excedunt, quamquam mulier ipsa nullos questus edit, judicari potest, miserandam ad hunc morbum formidolosum vergere; namque arteriae, in foeminis, quae a labore partus satis diu diligenterque resectae fuerunt, rarissime centies deciesque, singulis minutis, micant, quin causa sit, cur suspiceris, morbum accedere periclitari.

Cavum abdominis, hoc in morbo, magno-
 pere afficitur, interdum sub initia, aliquando,
 non ante morbum provectiorem. Tumor ab-
 dominis universus accedit, qui ab aegrotante ip-
 sa, cum primum invadit, vix solet notari. Hunc
 cito excipit sensus doloris, motu levissimo adhi-
 bito, ob partes a musculus, qui cavum supergre-
 diuntur, sese contrahentibus compressas. Tu-
 mor, semel inchoatus, rapidissime increfcit, adeo
 ut venter aequè largus, ac ante foetum exclu-
 sum, evadat. Dolor vero magnitudini tumoris
 non, pro rata ratione, respondet; namque ille
 aliquando modicus est, hoc perquam ingente.
 Ut hoc incidat, facere videtur sensilitas diminu-
 ta; namque minimum de dolore saepe querun-
 tur aegrotantes, cum vires musculus, morbo in-
 cipiente, manifestissime fuerunt convulsae, et ubi
 pupillae oculorum plurimum fuerunt dilatatae.
 Eventus vero exemplorum hujuscemodi, ubi sub-
 fuit parum doloris et multum tumoris, plerumque
 infaustus esse repertus est.

Functiones primarum viarum, hoc in morbo, plerumque magnopere perturbantur. Circa initium, saepe rite pergunt; sed, per ejus progressum, diarrhoea plerumque invadit, eaque gravissima, praesertim in iis casibus, ubi abdomen magnopere fuit distensum, in quorum nonnullis, faeces, aegroti inscia, fuerunt excretae. Quae ex intestinis hoc morbo laborantium dejectiuntur, ea malum colorem plerumque habent, et odorem intolerandum emittunt.

Quantum urinae conditionem spectat, ea descriptu difficilis est, quoniam alicui, excretorum uterinorum quantitati, admisceri consuevit. Haec, in morem stercoreis, praesertim per stadia morbi provectiora, sine imperio animi, excernitur. Quae ex utero evacuantur, ea plerumque supprimuntur, aut quantitate diminuuntur. Si hoc non incidit, odorem ingratum et putridum sibi fere semper acquirunt.

Vomitio non raro puerperas, sub idem tempus, corripit, et aliquando ad tantum gradum usque, ut vix ullum genus, vel quantitas cibi medicamentive minima, ventriculo possit sedere. Quae evomuntur, ea plerumque colorem subviridem, interdum propemodum nigrum, habent, et odorem perquam ingratum saepe diffundunt.

Purgatio alvi, plerisque in casibus, tertio quartove morbi die, sed nonnunquam serius, apparet.

Cerebrum nervique, hoc in morbo, non parum affici videntur. Energia illius et horum manifeste evidenterque diminuitur. Hinc, per stadium morbi maturum, potestates musculares plurimum deprimi, et, morbo proVectiore, sensilitatem, quantum ad stimulos attinet, pro certo imminui comperimus. Huic causae forsitan tribuere debemus, puerperas, hoc morbo laborantes, raro, et vix unquam quidem, questus edere.

Nam-

Namque, brevi, postquam morbus accessit, si ab illis, quomodo sese habeant, quaeritur, plerumque respondent, non male cum illis agi. Et hic status insensilitatis, per totum morbi spatium, persistere videtur. Denique tumorem abdominis immensum esse cognovi; et aegrota tamen, nisi cum firmiter premeretur, vix ullam querimoniam habebat.

Delirium violentius, hoc in morbo, rarissime sese ostendit; aegrota vero, contra, in statum depressum, stupidum vel comatosum incidit, omnem perturbationem devitare exoptans. Si vero fuerit excitata, satis clare et rationi convenienter, ad ultima vitae momenta, quaestionibus sibi propositis respondebit.

Aliud signum, quod nonnunquam, sub principium morbi, accedit, et, per totum ejus decursum, manet, est tinnitus aurium perpetuus.

Rapiditas, qua hic morbus decursum suum nonnunquam absolvit, est formidolosissima. Intra triginta sex horas, ex quo primum invaserit, aegrotam infelicem consumi vidi, et mere, uti videbatur, ob vires ei convulsas. Multae tertio die fuerunt extinctae. Quaedam tamen, in statu stuporis, in dies octo pluresve, vim morbi sustinuerunt, et deinde morti occubuerunt.

Moriendi actionem multa luctatione vel dolore stipari nunquam vidi, praeterquam in hisce exemplis, ubi abdomen magnopere tumefactum spiritum in primis difficilem et laboriosum reddiderat.

Extrema corporis, ante mortem, plerumque frigescunt; ictus arteriarum frequentes, debiles et abnormes evadunt; corpus universum humiditate glutinosa cooperitur; aegrotata objecta externa parum curiose, immo negligentissime, contemplatur,

templatur, et deinde, sine gemitu, fato saepe concedit.

PHÆNOMENA, QUÆ, INTER CADAVERA
HOC MORBO EXTINGUITARUM INCIDENTA,
SEMET OSTENDERE SOLENT.

Quod primum, in numero exemplorum majore, offenditur, id est humor, in cavo abdominis collectus, aliquando quantitate perquam amplius, adeo ut complures ejus librae, ope spongiae, possint absorberi. Aliquod, in odore hujusce liquoris, admodum insigne est, quod ei ipsi proprium est, et eum ab omni alio, quem unquam, vel sanitate vel morbo substante, in corpore humano repererim, clare distinguit. Cum quantitate redundat, omnes viscerum et peritonaei superficies plerumque crusta, e parte hujusce humoris solida formata, quae lympham coagulabilem format, contactae esse reperiuntur. Particulae ejus leviter tantum cohaerent, adeo ut parumper agitata se humori intermiscet.

Partes tamen, huic tunicae crustaeve subjacentes, non semper inflammantur. Si ulla interstitia, intestina inter et alia viscera cavi abdominis, intercedant, massis amplis ejusdem materiae plerumque replentur, quae formam interstitiorum accurate repraesentant. Quantitas humoris effusi, et partis solidae ei innatantis, nonnunquam vere mirabilis est, licet morbus spatium brevius, duos tresve dies non excedens, tantum habuerit. Quinetiam, quantum judicari potest, gradui inflammationis, vel spatio superficiei inflammatae, nulla ex parte respondere videntur, cum largam utriusque quantitatem saepe reperiamus, ubi rubor cujuslibet superficiei perquam modicus, et neutiquam universus fuit. In plerisque exemplis, subest aliquantum inflammationis levioris, in aliqua cavi abdominis parte; sed non ullo loco singulari fuit circumscriptum. Modo peritonaeum, intestina operiens, modo ventriculus, modo hepar, et modo membrana, musculos investiens, aliqua ex parte, inflammata reperta

perta sunt. Sed gradus inflammationis magnus, et longe lateque patens, vix, ullo in exemplo, incidere videtur; et, in quibusdam, nullus fere detegi potuit. Uterus et ovaria non-nihil inflammationis, aliquando, subeunt; sed non frequentius, vel ex majore gradu, quam aliae partes.

Quanquam multae occasiones cadavera, hoc morbo raptarum, mihi, Parisiis degenti, incidendi fuerunt subministratae; superficies uteri et intestinorum interna, in nullis eorum, inflammationi objecta fuisse reperta est. Nedum ulla signa gangraenae vel sphaceli offendi.

Nonnunquam unum, vel utrumque thoracis latus aliquantum humoris ejusdem generis, ac ille qui supra fuit descriptus, continere reperitur. Insuper pars solida ei innatat, et semet superficiei pleurae adjungit. In pericardio quoque largam aquae quantitatem offendi, in qua
quaedam

quaedam frustra, quae e lymp̄ha coagulabili constare videbantur, inerant. Nihil vero humoris, in eo cavo, qui colorem flavum habebat, p̄sve referre videbatur, unquam inveni.

DIAGNOSIS.

Cum dolor, qui abdomen, hoc in morbo, infestat, tam gravis fit, ut aegrota miseranda ne quidem levissimam hujus pressuram, sine auctu illius intolerando, sufferre valeat; hoc signum solum, omnibus aliis diagnosticis omissis, ad morbum, quem exequimur, ab aliis, qui ullam ejus similitudinem habent, fecernendum sufficere videtur.

Cum vero non multum laboris operaeque requirat, morbos, qui specie ad naturam hujus proxime accedunt, commemorare, discrimina, quae hunc inter et illos interfunt, leviter percurremus. Qui morbi vero febrim puerperarum, ulla ex parte, reddunt, ii subsequuntur, dolores
nempe,

nempe, qui partum excipiunt, febris lactea, colica, cholera, hysteritis.

1. Quantum *dolores*, saepe quidem gravissimos, qui exlusionem foetus subsequuntur, spectat, ii, ex intervallis brevioribus vel longioribus, modo decedunt, modo repetunt, et denique, lochiis rite profusis, non amplius apparent; sed feбри puerperarum proprii, per universum morbi spatium, aegrotam miseram, cui nulla requies conceditur, graviter et constanter infestant.

2. Quod ad *febrim lacteam* attinet, haec et puerperis propria, sub initia, non facile possunt dignosci, quoniam utraque a dolore capitis et rigore incipit; sed, morbo, in spatium breve, progresso, discrimen facillimum evadit. Namque, in feбри lactea, mammae, cum sensu molestiae non parvo, brevi tumescunt, et alae dolere incipiunt; sed nullus abdominis dolor, nulla
tactus

tactus levissimi reformidatio, nulla spirandi difficultas accedit.

3. *Colica* autem a febre puerperarum, omnibus fere in rebus, differt. In illa, dolor, qui abdomen infestat, pressura huic adhibita, levari consuevit, et alvus pertinaciter adstricta plerumque manet; quorum neutrum in hac, experientia teste, evenit. In illa insuper nulla pyrexia, saltem primaria, adest.

4. *Cholera morbus* et febris puerperarum a se invicem, sine ulla difficultate, possunt distingui. Namque in illa, vel pyrexia nulla, vel modica, pro ratione reliquorum signorum, subest; venter, tactui subjectus, minime dolet; aegrotus vel aegrota, post excretiones alvinas copiosiores, et vomitionem humoris biliosi graviolem, animo saepe linquttur, et surae spasmis illi afficiuntur. In hac, contra, purgatio alvi multo lenior est, et

reliqua

reliqua signa, in spatium breve, aliquantum levat.

5. *Hyperitis*, vel uteri inflammatio, a febre puerperarum manifeste potest secerni, ob hanc rationem potissimum; quod, in illa, omnia inflammationis signa, ut calor, tensio, tumor et dolor hypogastrio circumscribuntur, nec se, ut in hac, in abdomen universum et etiam thoracem diffundunt. Quinetiam inflammatio hysteritidi propria, multo major est, et os uteri tactui dolet.

Denique, ut omnia, diagnosin spectantia, quasi uno verbo concludamus, hic morbus, de quo agitur, ab omnibus phlegmasiis, toto coelo, differt, quod inflammationem multo minorem, vel nullam fere omnino aliquando habet; quod pulsus arteriarum plerumque celeriores et magis exiles sunt; quod liquor effusus ab eo, qui in quibusdam inflammationibus internis reperitur,

dotibus magnopere discrepat, ut experimenta viri clari Doctoris Georgii Pearson manifeste demonstrant; denique quod abdomen multo magis intumescit. Quinetiam non minus diversus est ab omnibus hisce febribus, quae formam typhi sibi induunt. Namque ab iis rapiditate progressus, tumore et morbida abdominis sensibilitate; mirabili humoris, ab omnibus, qui huc usque in corpore humano fuerint reperti, longe, immo omnino, differentis, effusione; et celeritate denique, ictuum arteriarum majore, ab initio usque fere, evidenter et manifestissime differt. Igitur febris puerperarum ad nullam certam speciem potest relegari; sed morbus omnino sui generis esse videtur, qui attentionem medicorum, nisi intra pauculos annos proxime elapsos, ex toto fere fugit.

CAUSÆ

CAUSÆ REMOTÆ.

In natura cujuslibet morbi epidemici consideranda, “ Non solum interest,” ut Celsus ait, ut sciamus, “ quales tempestates sint, sed etiam “ quales ante praecefferint.” Igitur animum ad indolem tempestatum, quae ortum morbi et Londini et Parisiis antecefferint, explorandam adjungemus. Duae autem hyemes annorum 1785-6, et 1786-7, quanquam, per has, gelu, in spatium breve, invalescebat; nec una, nec altera tamen frigus diuturnum exhibebat. In summa, contra, mitiores erant, et frequenter pluebat. Nec duae aestates praeecedentes in primis calidae erant, sed plures imbres, quam moris est, in hac regione, hisce tempestatibus, fundebantur. Hinc clare manifestum est, calorem et humiditatem, per hasce tempestates, corporibus humanis conjunctim et abunde fuisse admota, quibus

quibus nihil ad mortales, ad morbos debilitate et putredine stipatos, proclives reddendos magis potest conferre. Et morbi quidem, qui, per ea tempora, epidemice grassabantur, tales omnino fuerunt, quales ab hisce causis recta proficisci solent; morbi inflammationem habentes, perquam infrequentes; exanthemata, magna virium prostratione stipata, numerosissima, ut angina maligna, cum vel sine scarlatina, quae et Londinum, et rus inde remotius, graviter infestabat; pleraeque febrium nervosae et malignae, ad eum typum, qui a nonnullis putridus appellatur, appropinquantes, quae magnum utriusque sexus numerum rapiabant, pueris potissimum et constitutione corporea delicatioribus funestae.

Cum res autem ita sese habuerint, antequam morbus Londini fuerit exortus, nullo jure dubitari potest, quin calor et humiditas causis hujusce morbi remotis debeant accenferi.

Quod

Quod vero nos, hac in re, nullum in errorem esse inductos demonstrat, est quod ante Parisiis incidit, quam morbus ibi, anno 1746, ut supra fuit comprehensum, semet ostendit. Mense Januarii, typhus gravior et angina maligna epidemice grassata fuerant. Nec venti frigidi, orientales et septentrionales, qui per Februarium spirabant, et pluritides et rheumatismos acutos moverant, proclivitatem, a tempestatibus praecedentibus ortam, ad morbos, debilitate notisque putredinis stipatos, tollere poterant; ut e febre puerperarum, illis superveniente, manifestissime constabat.

Quinetiam multa alia his accedunt, quae, non sine ratione gravissima, pro causis remotis, possunt haberi, nempe omnia ea, quae homines ad typhos morbosque putridos pronos efficiunt. Hujuscemodi sunt mundities, neglectui habita, quae in causa esse videtur, cur pauperulae huic morbo magis, quam divites et opulentae, pateant;

teant; affectus animum contristantes, quibus gravidæ, paulo ante partum, rarissime vacant, quique plane faciunt, ut derelictæ a maritis ingratis, aut amatoribus falsis, et nosocomia petere mera paupertate coactæ, in hunc morbum facilius, quam alia, incidant, conditioni sui proliſque futurae magnopere metuentes; corpora puerperarum a partu magis irritabilia reddita, quo nihil hunc morbum aliosque ei fimiles concitare efficacius; aer impurus et vitiatuſ, qui limitibus anguſtioribus coercetur, et non ſatis diffunditur, aut fordibus loci contaminatur, unde febres peſſimæ originem ſæpe deduxerunt; cibus alienus, potiffimum, partu non longe diſtante, adhibitus; vita nimis ſedentaria, aut exercitatio, non citra defatigationem, ante partum, in uſum revocata; loca depreſſiora et humidiora, quorum miaſmata, uti morbus ibi ſæpe ſæviat, faciunt; frigus corporibus, præter conſuetudinem, debilitatis et calefactis admotum; alimenta non ſatis nutriminis habentia et aquoſa; incuria

aut

aut ignorantia nutricis; et omnes causae denique, quae ad febres putridas pessimi generis movendas accommodantur. De actione harum causarum, si semper certa et indubitabilis foret, ut ulterius differamus, non patitur instituti nostri brevitatis.

Cum morbus semel ortus est, haud dubie per contagionem longe lateque diffundi potest, ut exempla, quae e variis nosocomiis peti queunt, plane demonstrant.

An dolor, cruciatus et defatigatio, quae partum, in corpore debili et irritabili, comitantur, pro causa morbi proxima sunt habenda?

PROGNOSIS.

Vix ullus forsitan morbus est, quem novimus, si pestem ipsam excipias, qui stragem magis horrendam,

rendam, quam hic, edere solet. Quantum notare potuerim, tres e singulis quatuor, quae eo fuerunt correptae, violentiae ejus succubuerunt. Ægrotantes vero, in domibus propriis, multo facilius expeditiusque, quam in nosocomiis, convalescunt.

Periculum eo majus, quò citius, a partu, accedit, esse videtur.

Nullam unquam e morbo emergere vidi, cui abdomen magnopere intumuisse. Et quidem vix fieri potest, ut aliqua, hoc modo affecta, ad sanitatem possit reduci; si nobiscum, quantam injuriam materia, forsitan acerrima et putrida, in cavum abdominis effusa, omnibus, quae eo comprehenduntur, inferat necesse est, in momentum reputemus.

Auctum periculi denotant ictus arteriarum magis frequentes debilesque evadentes, et abnormes

normes redditi, quod frequenter, ante mortem, evenit. Insuper moles abdominis increfcens eft fignum, quod periculum evidentiffime indicat.

Quinetiam notatu digniffimum eft, hafce aegrotas in fummo periculo conftanter verfari, quae, per decurfum morbi, pauciffimas quaerimonias edunt; praefertim, fi, eodem tempore, pulfus arteriarum perquam frequentes fint, et tumor abdominis minime modicus.

Quae figna, contra, fpem falutis aliquam promittunt, ea fequuntur; diarrhoea nempe lenior, et vires aegrotanti non multum convellens; urina copiofe excreta; fudor lenis, calidus, univerfus; ictus arteriarum tardiores, firmiores, et pleniores evadentes; mens minus demiffa fpefque arrectior. Caeterum nullum ex his fignis eft, fi fingulare fit, et non compluria ex aliis modo memoratis fibi adjuncta habeat, unde fpes falutis certa affulgeat. Denique, quo

minus corpus est naturaliter irritabile, eo facilius plerumque ad sanitatem poterit reduci.

CURATIO.

Cum haec tam dubia et anceps sit, sententiae Virgilianae non reminisci non possum, “eloquar
“an fileam?”” Causa morbi proxima ex toto fere ignota, an in ullam medendi viam certam et stabilem procedi potest? Minime. Igitur maximi viri, qui hunc morbum executi sunt, in varias, super ejus curatione, sententias concesserunt. Plerique, inflammationem subesse suspicantes, evacuationes in eum plurimum posse crediderunt; dum alii, quibus plus fidei, nostro iudicio, habendum est, iis ex toto abstinere debere contendunt. Utramque opinionem separatim considerabimus.

Quantum ad *priorem* attinet, periculum mis-
sionis

fionis sanguinis iterum iterumque factum fuit. Cum univcrsa fuit, tantum abfuit, ut aegrotantibus profecerit, ut illis, quae valentiores et pleniores ante effe videbantur, manifefte nocuerit. Quibusdam in exemplis, dolorem, in tempore breve, diminuit, et crufta coriacea, fanguini detracto innatans, operationem prudentem effe, fed falfo, fignificare videbatur. Namque vires aegrotanti, modum in mirandum, plerumque convulfit, et, nonnullis in cafibus, mortem evidenter acceleravit.

Hirudines, cuti abdominis applicatae, quam eundem debilitatis gradum non faciunt; nullo tamen in exemplo, quantum noverim, ad aegrotam reftituendam aliquid contulerunt.

Quod epifpastica fpectat, hoc in morbo irritabilitatem haud dubie augent, idque modum in mirandum, et pulfus arteriarum frequentiores, quam ante, reddunt. Nonnunquam fenfum doloris,

loris, in spatium brevius, diminuere videntur ; sed haec levatio minime diuturna est.

Emetica reiterata, ut vir clarus Doulcet ea adhibenda suavit, manifestissime nocent. Namque abdomen ita agitant, ut dolorem magno-pere intendant, et vires mulieri, jam nimis debilitatae, magis magisque exhauriant.

Quinetiam relaxantia, qualia sunt medicamenta ex antimonio confecta, quanquam ad ea, sub initium quorundam casuum, fuit decursum, ubi vires aegrotantium usui eorum favere videbantur, nihil omnino profecerunt. Proclivitate ad evomendum, aut dejiciendum, plerumque faciunt, aut adaugent, cui semel excitatae aegerrime occurritur.

Denique quaecunque medicamenta, inflammationem diminuendi consilio, in usum revocata fuerunt ; ea omnia, quantum discere poterim,

rim, in morbum nihil omnino potuerunt, sed potius progressum ejus et saevitiem accelerarunt.

Quantum *posteriores* spectat, ii, qui in hanc iverunt, rationem medendi longe diversam fuerunt profecuti.

Cum primum ictus arteriarum, praeter consuetudinem, frequentes evasisse notantur, ad usum corticis Peruviani liberalem protinus confugiunt, et eum tam largis quantitatibus, quam ventriculus potest tolerare, praescribunt. Substantia, cum opio, quantitate drachmae, unaquaque secunda tertiave hora, cum commodo saepe datur. Si tamen ad nauseam ulla proclivitas appareat, nihil aliud, quam decoctum, cum aliquanto tincturae corticis et opii, singulis duabus tribusve horis, adhibere possumus. Sin vero aegrotata ad diarrhoeam vergat, aliquantum confectionis aromaticae medicamentis modo positis adjiciatur.

Opium dolorem tam efficaciter levat, ut usu ejus vix possit abstineri. Liberaliter dari, et frequenter reiterari potest. Granum, exempli gratia, singulis sex quatuorve horis, dari potest, si nihil incommodi inde oriatur. Dosis vero ab aetate, viribus, et constitutione corporea tantopere pendeat, ut nulla regula universa, super quantitate ejus, possit tradi. Semper tantum detur, quantum dolorem compescere, et somnum comparare valet.

Quantitas vini, ex aqua diluti, vel talibus cibis, quales sunt sago, panada, tapioca, &c. admisti, sumi potest. Per morbi decursum vires aegrotantis vino sustentare saepe conveniet. Jusculum, vel lac cum pane, pro cibo; et aqua hordeata, pro potione, adhiberi potest.

Frequenter, sub tertium quartumve morbi diem, diarrhoea accedens, quo minus in usu corticis Peruviani possit persistere, obstat.

Rebus ita se habentibus, emeticum lenius, si tumor abdominis modicus sit, adhiberi debet. Aliter, eo caute abstinenceatur.

Si vomitio diarrhoeae adjungatur, prius emeticum, deinde aliquantum rhabarbari et opii dandum. Haustus salini, effervescentes, contra vomitionem efficaces sunt; sed vapor explicatus, dum acidum alkalique conjunguntur, abdomen distendere, et dolorem ejus intendere periclitantur.

Si diarrhoea violenter urgeat, raro ad corticem Peruvianum, sub alia forma, quam sub decocti, potest rediri. In locum ejus substitui potest bolus, e semidrachma radice Columbo dimidioque opii grano in pulverem redactis, compositus; qui semel, intra spatium trium quatuorve horarum, dari potest. Decoctum cornu cervini fit potio communis; et, occasione postulante, mistura cretacea, cui aliquantum tincturae

40 DE FEBRE PUERPERARUM.

aromaticae fuit adjunctum, fumatur. Si multum tenesmi adsit, enemata, cum opio, necessaria evadent.

Cum dejectiones violentiores sunt, enemata emollientia, bis terve spatio diei, in alvum immitti possunt. Abdomen fordibus, et parte aëris, qui tantum molestiae aegrotae faceffit, liberabunt.

Cataplasmata rubefacientia, cruribus pedibusque admota, cursum humorum a cavo abdominis, artus inferiores versus, facient.

Fomenta anodyna, et sicca quoque, abdomini applicata, dolorem, in tempus, levare solent.

Si unquam inflammatio uteri vel peritonaei cum febre puerperarum conjungatur, meminerit medicus, evacuationes aegrotanti exitio indubitably esse futuras.

PROPHYLAXIS.

Haec, ut omnia eam spectantia, paucissimis absolvamus, in sequentibus plane consistit; in omnibus, quae animos aegrotantium, per tempus laboris, vel postea, anxios demissosque reddere possunt, evitandis; in contagione febrili, ante partum, et in causis, eandem excitantibus, postea cavendis; quoniam febris, si ulla ratione moveatur, formam puerperis propriae sibi assumere periclitabitur.

F I N I S.

PROLOGUS

Haec in omni eorum
additamentis in rebus
omnibus in rebus
per se vel per
esse vel per
esse vel per
esse vel per
esse vel per

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
ANGINA PECTORIS;

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,
D. GEORGII BAIRD, SS. T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON
Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit
STEWART CRAWFORD,
HIBERNUS,
REG. MED. SOC. EDIN. SOC.

Cor motuum omnium animalium instrumentum primum, vitæque nostræ quasi principium et fons, cum musculus sit, vel potius plurium muscutorum congeries; iisdem, quibus alii corporis muscoli, patet incommodis.

Mead Monita et Præcepta.

Ad diem 24 Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:
APUD MURRAY ET COCHRANE.

M DCC XCV.

DISSERTATIO MEDICA

IN AUCURIALI

DE

ANGINA PECTORIS;

AVCTORE

ANNUNTIATA LUDWIGO KUNNING

EX ACADEMIA PRAELECTORUM

D. GEORGI BAIRD, B.S.M.

PHYSICIAN IN CHIEF TO THE

REC. NO. 2

ACADEMIAE MEDICAE

EDINBURGAE, 1841

THE GRADUATE DOCTOR

EDINBURGH IN MEDICINA HONORARIUS AC PRIVILEGIIS

ACADEMIAE PRAELECTORUM

EDINBURGH

STEWART & CRAWFORD,

PRINTERS

10, N. B. ROY STREET, EDINBURGH.

For names of books, see the list of books in the
Library of the University of Edinburgh, and
the names of the authors of the books in the
Library of the University of Edinburgh.

Edinburgh, 1841

EDINBURGH

And Sold by G. & C.

PATRUO SUO
ADAIR CRAWFORD, M. D. F. R. S.
&c. &c.

VIRTUTIBUS LENIORIBUS,
PARITERQUE
IN PHILOSOPHIA ET ARTE MEDICA PERITIA,
INSIGNI,

HANC DISSERTATIONEM,
OB OPTIMA IN STUDIIS COLENDIS CONSILIA,
ET BENEFICIA PERMULTA IN SE COLLATA,

ANIMI GRATI MONUMENTUM,
SACRAM VULT,
STEWART CRAWFORD;

TAVRO 200

ADAIR CRAWFORD, M.D. R.S.

Sec. Sec.

VIRTVTINUS LEMICRIBUS

PARITERQUE

IN PHILOSOPHIA ET ARTE MEDICA PRAXIA

INSIGNI

HANC DISSERTATIONEM

QS OPTIMA IN STUDIO COLLENDIS CONSILIA

ET BENIGNA PERMUTATA IN BE COLATA

AVIMI GRATI MOMENTUM

SACRAM VULT

STEWART CRAWFORD.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

ANGINA PECTORIS.

AUCTORE STEWART CRAWFORD.

INTER tot tamque diversos morbos qui corpus humanum infestant, affectiones morbidæ viscerum thoracicorum attentionem medici summam merentur; horum enim ope, vita præcipue sustentatur. Cor et pulmones corpus animant; illud, per systema sanguinem propellens, qui ob insignem ejus utilitatem et naturam peculiarem, a quibusdam vitalis appellatus est; et hi munere fungentes non minoris momenti, nam calorem animale

gignunt, et alia officia ministrant, quæ quanquam non benè patent, tamen non est cur dubitemus quin sunt vitæ maximè necessaria. Hæc organa utilia morbi infestantes, sanitatem præcipue corrumpunt, et mors citiùs ociùs evenit, nisi maturè summoveantur. Quorundam morborum, qui pulmones afficiunt, causæ et remedia adhuc latent, aliorum innotescunt, et sæpe medicorum peritiâ multi morte liberantur; at morborum cordis symptomata sæpe peritissimos fallunt, et non raro cordis affectiones morbidæ, quæ, pendente vitâ latuerant, post mortem compertæ sunt; sed e contrâ, ubi ex natura symptomatum cor præcipuè affectum esse videbatur, ex sectione inventum est, cor sanum fuisse, et organum quoddam aliûm morbo laborasse. Attamen quamvis non dubitandum est cor morbi esse sedem, fateri tamen oportet, nos, ex artis medicinæ statu imperfecto, malum ex toto removeere non posse; nam morbi violentia regimine et medicamentis mitigari tantum potest. Hoc non est levis momenti, nam ut vir, quo nemo in re medicâ præstantior est, monet,

monet, “ Exempla nimis frequenter occurrunt,
 “ in quibus perfectæ curationi non est locus, five
 “ sua natura morbus insanabilis existit, five tan-
 “ tum imperfecta medicinæ conditio, idonea et
 “ efficacia adversus eum remedia non suggerit. Et
 “ profecto in omnibus morbis, quum jam ad ex-
 “ tremum ventum est, et instantis mortis indicia
 “ spem nullam curationis relinquunt, aliquid adhuc
 “ solerti medico faciendum superest: erit enim
 “ quoddam, in tali miserrimo et desperato statu, le-
 “ nire mala quæ summovere nequeat, et *εὐθαρσίστα*
 “ saltem moribundo moliri, siquidem vitam ejus
 “ neque conservari possit, neque ampliùs produ-
 “ cere *.”

Anginam Pectoris, de qua tractare decrevimus,
 ut alii morbi ab affectu cordis pendentes, rarissimè
 perfectè sanatam iri, timendum est. Sed non
 desperandum; nonnulli enim horum morborum,
 qui olim naturâ suâ ferè insanabiles existimati fue-
 runt, nunc sunt in nostra potestate; ita ut morbo-

A 2

rum,

* Greg. Conspec. tom. 2. p. 17.

rum, qui jam insanabiles habentur, numerum indies minutum fore, fas est sperare. Per longum tempus hypothefi extructa fuit ars medica, fed res nunc aliter fe habet; experimentis enim multis nuper docti fuimus, et “ plurimis,” (ut a doctiffimo DE HAEN observatum fuit), “ adminiculis
 “ jam gaudemus, quæ difficilia, imo quæ impossibilia, ætas remotior crediderit.” Antequam exponere symptomata suscipiam, opus est præfari, nobis tantum in animo esse, pauca in spatium breve colligere, de hoc morbo antea in lucem edita, at non aliquid novi impertiri de ejus natura vel curatione, quod medici est benè exercitati, non titonis.

HISTORIA MORBI.

Primus hujus morbi impetus sese ostendit, inusitato quodam angustia et compressionis violentæ in pectore sensu, ægro mortem instantem minitante; et fere semper simul respiratio difficilis et laboriosa evadit. Sensus hic stricturæ ut pluri-

num in latere sinistro percipitur, musculi pectoralis majoris tractum sequens; quanquam in aliis exemplis aliquando est sub sterno. Dolor, in brachio sinistro, ad distantiam duorum vel trium pollicum supra ipsum cubitum, concomitatur. Sensus hic ut plurimum primò in pectore incipit, et tunc transit ad suprascriptam brachii partem, ibique dolor sentitur.

At aliquando res ita sese non habent, sed paulatim a pectore ad summum brachii ascendit, et tunc gradatim ad ulnam descendit; * in aliis casibus dolor in brachio antecedit, et sensus strictionis et oppressionis sequitur; sed in paucis hoc non accidit donec sensus strictionis paululum quieverit. Interdum dolor, ad insertionem pronatoris teretis, ambo brachia afficit. Strictionis sensus aliquando amplitudine variat; aliquando exiguos limites habet, sed aliis temporibus latius diffunditur, et per totum thoracem sese extendit. Adveniente paroxysmo, æger, proximè adstantes, vel quodcunque

manibus

* Med. Observat. et Enquir. vol. 5. p. 236.

manibus obviam est arripit, ne in terram profertur. Sensus languoris sæpe etiam aliis symptomatis concomitatur.

* Paroxyfmi adventui aliquando præcessit calor in pectore sensus; et nonnunquam mucii respirationem impediens et tuffim cientis, cujus post expectorationem, aliquid levamen expertus est æger. Hujus morbi impetus, ægrum ambulans subito invadunt, et maximè loca excelsiora ascendentes, et ob violentiam doloris extemplo gradum sistere cogunt, et tum omnia symptomata confestim levantur. Ambulatione lentâ paroxyfmi nonnunquam evitantur; at si gradus accelerentur, extemplo ægro impetum faciunt. Etsi ut plurimum paroxyfmi exercitatione inducuntur, tamen ægrum sedentem, aut in lecto manentem, aliquando vexant; sed hoc plerumque in stadiis morbi provectoribus accidit. Cum morbus recens est, paroxyfmi brevè desinunt, et cum ob exercitationem occurrunt, statim cum æger gradum sistit, cessant;

fant; sed quando morbus per tempus aliquod per-
stiterit, multo diutius remanent, et si exercita-
tione inducti sint, non, ut olim, stando cessant.
Intervalla inter paroxyfmos incerta sunt; aliquando
semel tantum in hebdomada obveniunt, aliquando
verò tardius, aliquando citius. In periculosiori-
bus hujus morbi exemplis, paroxyfmi quàm sæ-
pissimè in eodem die recurrant. Attamen obser-
vatu dignum est, paroxyfmos, morbo incipi-
ente, non numerosos esse, sed perdurante, mul-
tò frequentiores et violentiores fieri. Durante
paroxyfmo, et etiam in intervallis, ictus arteri-
arum nonnunquam omninò regulares sese ha-
bent; sed plerumque per paroxyfimum, et statim
post eum admodum parvuli tremulique fiunt, ita
ut numerari non possint. Cum pulsus non irregu-
lares, plerumque debiliores quam in sanitate sunt.
Intervallo paroxyfmorum, interdum cordis palpi-
tatio occurrit, seu motus ejus per exiguum tem-
poris spatium interrumpitur. Durante paroxyf-
mo, sensus interni perfecti remanent, et etiam
per totum morbi cursum. Ventriculi et intesti-
norum

porum functiones plerumque naturales remanent, quanquam interdum alvi adstrictio occurrit. Aliquando vexari flatibus videtur ægrotus, et his expulsis levamen accipere.

○ Plerumque hujus morbi impetus subiti et improvisi sunt, nullis symptomatis prægressis, quibus adventus ejus prævideri possit: paucis exemplis, revera, nonnulla symptomata antecesserunt, sed nulla, unde Anginæ Pectoris magis quam cujusvis alius morbidæ affectionis adventus prædicari potuerit.

* Uno exemplo vertigo aliquamdiu accessionem paroxysmorum præcefferat: † alio, dolor levis et in pectore stricturæ sensus per paucos annos perceptus erat quando ulla exercitatione utebatur æger: ‡ tertio, palpitatio infra sternum, cum anxietate, dyspnœâ, plenitudinis sensû, vultu tumido et florido, pulsu inæquali et irregulari, duorum spatii annorum, omni secundâ vel tertiâ hebdo-

madâ

* Med. Observ. et Enquir. vol. 5. pag. 233.

† Ibid. ‡ Ibid. vol. 6. p. 10.

madâ, ante accessionem Anginæ Pectoris: quarto, semper ante paroxysmi aggressus, extremitates lividæ et frigidæ fuerunt, et in naso, auribus, et labiis, color fuit idem.

Intervallo paroxysmorum, æger plerumque sanitate integerrimâ gaudet; uno verò exemplo, intermissione accessionum, sensatio peculiaris occurrebat. Æger stans, vel sedens, vel ambulans, sæpè expertus est omnes functiones per pauca temporis momenta impediri, quæ postea quasi impetu renovatæ sunt.* Angina Pectoris juniores non afficit; perrarò ante annum quinquagesimum, in paucis verò exemplis citius evenit. Qui huic morbo maximè obnoxii sunt, corpus obesum, collum breve, caput magnum habent; et viri, quam sceminae illo magis affliguntur: nec affecti eò magis aliis morbis liberi sunt. In quibusdam exemplis Podagræ symptomata intervallo paroxysmorum accedebant, unde a quibusdam creditur Anginam Pectoris hujus morbi speciem esse: sed

B de

* Med. Transact. vol. 3.

de hoc feriùs. Hic morbus rarò curationem admittit. Mortem plerumque præcurrit paroxysmus longus et violentus. Aliquando acceleratur eventus fatalis undecimo vel duodecimo mense; sed pro maximâ parte ad annum quintum vel sextum, sæpe septimum, et in aliquibus casibus, vigesimum procrastinatur.

CAUSÆ REMOTÆ.

Hæ nondum sunt in aprico; licet tamen dicere, illos, qui hoc morbo laborant, valdè irritabiles esse. Huic addamus, quod multùm pinguedine opprimuntur, vitam otiosam degunt; hæc omnia irritabilitatis accumulationi favent. Modò observatum a nobis fuit, eosdem Anginâ Pectoris et podagrâ nonnunquam laborâsse, et hinc à nonnullis creditum esse, illum hujus morbi speciem esse; sed huic doctrinæ, me iudice, multa objici possunt.

Primò, etiamsi non negandum, in uno eodemque corporis habitu, et Anginam Pectoris et pod-

gram sæpè occurrere, attamen bene notum est, eos, qui tali corporis habitu præditi sunt, multos ad morbos, qui nil cum podagra affine habent, proclives esse. *2do*, Quanquam podagræ paroxyfmi aliquando levamen præbent iis qui Anginâ Pectoris laborant, non idcirco sequitur, eosdem esse morbos; nam ex aliis morbidis affectionibus, quæ cum ea nil commune habent, corpus immune relinquunt. *3tio*, Cum podagræ irregularis symptomata occurrunt, brevi, vel post longum temporis spatium, sequitur paroxyfmius regularis hujus morbi; sed morbus, de quo agitur, in quamplurimis exemplis in præfenti est per totum vitæ cursum, sine ullo manifesto podagræ impetu, aut præcedente aut sequente. *4to*, In podagra, ventriculus multis debilitatis signis afficitur; hoc verò in Angina Pectoris non accidit. *5to*, Pluribus in exemplis, Anginæ Pectoris, ex cadaverum fectione compertum est, in os converti Cordis valvulas aut aortæ, unde morbi natura patet.

Causæ variæ sunt quæ singulos paroxyfmos excitant. Exercitatio non solum primos paroxyfmos

inducit, sed et omnes ferè quæ sequuntur, præcipuè dum æger loca alta scandit. Aliqua levi nifu, tussendi nempe, aut alvum exonerandi, aut etiam loquendi, sæpe inducuntur paroxysmi; sed aliàs hi, et etiam motus multò violentiores, sine incommodo perficiuntur. Animi perturbationes, præcipuè ira, paroxysmos inducunt; anxietas quoque quam sæpissimè hunc effectum producit. Ventriculi repletio ferè semper paroxysmum excitat. Hæ sunt causæ quæ plerumque accessiones hujus morbi inducunt; sed in stadiis proVectioribus, sæpe sine ullâ causâ manifestâ adveniunt. Historiam hujus morbi indagavimus ex auctoribus quibus maxima fides; attamen mirari possit quod ex auctore * qui de hoc morbo scripsit multa, quæ ab illo dicuntur symptoma hujus morbi, non filegimus. Me judice, plurima eorum, non ad hunc morbum, sed potius ad Hysteriam, vel Dyspepsiam pertinent; et quanquam in quibusdam exemplis, cum hoc morbo affociantur,

attamen

attamen pro symptomatis Anginæ Pectoris non æstimari debent.

RATIO SYMPTOMATUM.

Anginæ Pectoris causa proxima densâ caligine obvolvitur; sed originem ducere hunc morbum, ab affectione quadam aut cordis aut vasorum ejus, perfimile est. Hoc apparet ex fede doloris, statu pulsûs, durantibus paroxyfmis, et ex eo, quod hi exercitatione aliisque causis quæ cor et arterias afficiunt, inducuntur. Ex sectionibus apparuit, plurimis in exemplis, vitium extitisse organicum cordis ipsius, valvularum ejus, aut aortæ. In quibusdam, valvulæ femilunares et aorta incipiens, in aliis valvulæ mitrales, et in paucis arteriæ coronariæ in os conversæ fuerunt.

In nonnullis pericardium multum pinguedine onustum; in aliis multum densatum, et in aliquibus cor non fuit magnitudinis ad illud implendum idoneæ. In tali aberratione a statu naturali, morbidæ affectiones precavari non possunt; et nonnè

hoc in modo effectus ejus mechanicè exponere liceat? Ut valeat aorta sanguinem e corde ejectum recipere, dilatari necesse est, quod fieri non facilè possit, si quævis pars in os converteretur: hinc sanguis in ventriculo restet, et ingressum sanguinis ex auricula sinistra prohibet, unde per tempus aliquod circuitus moratur. Circulationi, cor, ex conatibus suis repetitis et vehementioribus, tandem resistantiam superat, et sanguinem per aortam propellit. Ubi valvulæ in os convertuntur, similes effectus edunt. Accessus paroxysmorum, exercitante ægroto, et quiete manente, cessatio eorum, eodem modo potest exponi. Ægro ambulante, vel quovis modo se exercente, sanguis velocius quam antea ad cor fertur; sano statu, ventriculi contractio, hanc sanguinis auctam quantitatem facilè in aortam propellit, nunc verò egressui ejus impedimentum valvularum officatio suppeditat, non sine magno nisu superandum. Quando vero æger gradum sistit, sanguinis minuitur quantitas in cor definito tempore missa, et ventriculi vis resistantiam sanguinis fluxui exsuperat; subinde cito recedit

recedit paroxyfmus. Sanguine in pulmonibus retardato, sensus anxietatis et oppressionis producitur. Arteriarum pulsus cum cordis motu, cessant. Brachii verò dolor explicatu multo difficilior est; compressioni nervorum tribui vix potest, nervorum enim compressio paralyfin semper inducit, et præterea si hæc causa fuerit, non pars tantum, sed totum brachium dolore affectum foret. Potest nobis objici, cur arteriæ vel valvulæ ossæ, effectus constantes non edunt? Quanquam non est in animo rationem reddere, cur hoc non accidat, tamen benè cognitum est alios morbos, qui paroxyfmis infestant, etiam originem habere a causis fixis. Epilepsia, ossis et aliis tumoribus cerebrum comprimantibus, sæpe oritur. Asthmatis paroxyfmi aliquando pro causa, tumores, qui semper præsentibus sunt, agnoscunt; attamen res valdè mirabilior accidit, (ut utar verbis Professoris GREGORY),
“ quodque interdum corpus vix afficit omninò,
“ idem interdum vehementissime afficiat, non sine
“ vitæ discrimine.”

Quamvis inducti fuimus symptomata supra tra-

dita læsioni organicæ tribuere, tamen confiteri necesse est, symptomata ab his dissimilia, ex eadem causa in aliquibus exemplis orta esse, ut ab cadaverum sectionibus, a Morgagni et aliis memoratis, colligi potest. In plerisque horum aderat palpitatio, oppressio in pectore sensus, et respirationis difficultas, quæ continuo vexabant. Quænam verò causa fuit diversitatis inter symptomata, non liquet; et non in animo est hypotheses vanas proferre.

Sed quanquam in exemplis Anginæ Pectoris ubi *ossificatio* fuit inventa, explicationem nunc traditam admittere possumus, quid dicendum de iis, ubi nil morbidum inventum fuit? Spasmus cordis a quibusdam pro causâ agnoscitur, et fortasse sic res se habent, præcipue in his exemplis ubi æger remediis antispasmodicis levatur, et curatio sic perficitur, quanquam mors sæpe supervenit, ubi ex sectione nulla morbida affectio inventa fuit. Inflammationi mediastini a * nonnullis tribuitur, quia

* Dr Haygarth Med. Transf.

quia hæc pars post mortem inflammatione infecta inventa fuit in uno homine, ubi credebatur hunc morbum adfuisse. Attamen, si ab viro eruditissimo, qui hoc in lucem protulit, dissentire liceret, non exemplum fuit hujus morbi, quia deerat brachii dolor; præterea symptomata non similia fuerunt his, quæ Anginæ Pectoris superveniunt.

Creditur, hunc morbum primò accuratè descripsisse Doctorem HEBERDEN; sed, ut nobis apparet, ill. MORGAGNI hanc morbidam affectionem olim descripsisse, quanquam non sub nomine eodem. Ex morbi historia liquet, quod symptomata, quibus præcipue dignoscitur, sunt, *stricturæ sensus* mortem minitans, et *brachii dolor*. In exemplis sequentibus ex hoc auctore excerptis, hæc symptomata clarè apparent; in primo quidem brachii doloris non fit mentio, sed alia symptomata morbum planè ostendunt.

I. “ Fœmina (ætatis 64.) de cordis palpitatione,
 “ interdum, sed de spiritus difficultate, quam non
 “ nisi erecta cervice ducere poterat, semper que-
 “ rebatur; multò autem magis de tanta *ad cor an-*

“ *gustia atque anxietate*, ut sæpius quamprimum
 “ moritura videretur. Erant qui pericardio hy-
 “ dropicam credebant. Huic pulsus nunquam in-
 “ termittentes : venæ autem amplæ erant. Mor-
 “ tua est, cum ad anatomen in publico absolven-
 “ dam muliebra quærentur paulo ante medium
 “ Martium anno 1731. Thorace et ventre aper-
 “ tis, aliqua utrobique inventa est aquæ copia,
 “ nec tamen hydrops pericardii. Arteriæ magnæ
 “ valvulæ erant induratae ; imo una ossea. Ipse
 “ autem arteriæ truncus interiore facie passim o-
 “ stendebat aliquid aut ossei aut ad osseam natu-
 “ ram vergens, ut ne ea quidem pars, quæ ad
 “ ventrem pertinebat, a me, post muliebrium o-
 “ stensionem dissecta, aliter se haberet *.

II. “ Mater familias duos et quadraginta annos
 “ nata, diu valetudinaria, diuque obnoxia vixerat
 “ paroxysmo cuidam, ad hunc modum se haben-
 “ ti. A concitatis corporis motibus ingruerat
 “ molestus *quidam angor* intra superiorem thoracis
 “ finistram

* Morgagni Epist. xxiii.

“ finiftram partem, cum *spirandi difficultate, et fi-*
 “ *niftri brachii stupore*: quæ omnia, ubi motus
 “ illi cefſarent, facile remittebant. Ea igitur mu-
 “ lier, cum, circa medium Octobrem anni 1707,
 “ Venetiis in continentem trajecta rhedâ vehetur,
 “ lætoque eſſet animo, ecce tibi idem paroxyſmus,
 “ quo correpta, et mori ſe aiens, ibi repente
 “ mortua eſt*.”

RATIO MEDENDI.

Dolendum eſt, in morbo, ubi ſymptomata tam
 moleſta et lethalia ſunt, methodum medendi non
 meliùs intellectum eſſe; nam quanquam paucis
 in exemplis curatio perficitur, tamen ut plurimum
 morbus inſanabilis evadit. Ex ſectionibus eorum,
 qui hoc morbo perierunt, maxime timendum eſt,
 quod in quamplurimis exemplis, ex naturâ fuâ,
 ferè immedicabilis eſt hic morbus. Progreſſui ſiſ-
 tere offificationis nullum eſt remedium, et ſi in noſ-

* Morgagni Epist. xxvi.

trâ potestate effret, inutile foret ; nam medicamenta quæ in suam pristinam naturam partes redigerent, effectum nocivum in cæteras corporis partes ederent. Indicationes medendi sunt duæ ; primò, nempè, paroxyfmos allevare, vel adventus eorum prohibere ; secundò, talem systematis statum inducere, ut reditus eorum ex toto prohibeantur. *Opium*, ante paroxyfmi adventus adhibitum, in omnibus exemplis levamen præbuisse videtur. Cum paroxyfmi nocte adveniunt, guttæ quindecim vel viginti tincturæ opii hora decubitûs, sæpe noctem quietam parant. *Vinum antimoniale* solum, vel cum opio conjunctum, aliquando levamen præbet. *Vinum* nonnunquam adventus paroxyfmorum prohibet, sed opium melius. *Oleum succini* aliquando per temporis aliquod bonos edit effectus. *Gummi Fætida* etiam, præcipue *Asafætida*, nonnunquam accessiones avertunt. Hæc sunt medicamenta quæ potissimè paroxyfmos levant, aut adventus eorum prohibent. Cum ulla subveniunt signa adventûs paroxyfmorum, aut cum nocte solent recurrere, pro re natâ, aut hora somni, hæc medicamenta administrari

ministrari debent. Quanquam hæc remedia fugax tantum levamen præbere videntur, fieri tamen potest, ut perfectam sanationem præstent; est enim res magni momenti in his morbis, qui cum paroxysmis recurrunt, accessionem paroxysmorum etiam per tempus breve inhibere, ut eo modo habitus, unde ex maxima parte pendet morbus, interrumpatur.

Quod indicationem secundam spectat, remedia sequentia exhiberi debent, quia aliquando auxilium præbuisse videntur. *Ferri præparata*, quibusdam in exemplis, cum fructu usurpata fuerunt. *Zincum vitriolatum* bonos quoque præstitit effectus. Hujus ope, in uno exemplo, morbus ex toto summovebatur. Dosis erat granum unum mane et vespere, et postea ad grana duo cum semisse aucta fuit. *Cortex cinchonæ* aliquando præstantissimos effectus edidit. In exemplo sequenti, a Doctore WILLAN Londini nobis tradito, cum tinctura guaiaci conjunctus, vesicatorio permanente simul adhibito, curationem perfecit.

“ Mr B. æt. 52, in walking is often seized on

“ a sudden with a violent pain and stricture of the
“ chest, accompanied with short, difficult respi-
“ ration and faintness, so that he would fall down
“ if he did not seize fast hold of something near
“ him ; when this affection abates, which it does
“ within ten minutes, a disagreeable pain ensues
“ in the middle of the left arm, and continues
“ for some time afterward. He has been thus
“ affected for nearly two months, and has the fit
“ every day two or three times, in walking across
“ the fields from Islington to his house in Clerk-
“ enwell,” (about a mile and a half). “ He is a
“ watchmaker, and of course sedentary ; has ge-
“ nerally enjoyed a good state of health. At pre-
“ sent he rests well, and has a moderate appetite,
“ but feels weaker than usual. Pulse rather slow,
“ and not regular as to the force of the pulsa-
“ tions. He took camphor, volatile alkali, and
“ small doses of tincture of opium, till the 13th
“ of August, without experiencing much benefit ;
“ began then to take zincum vitriolatum, two
“ grains thrice a-day, and the volatile alkali joined
“ with

“ with paregoric elixir occasionally, and continued
 “ it till the 16th of September ; at that time he
 “ found the fits attended with less dyspnœa, faint-
 “ ness, and sense of stricture, or pain of chest ;
 “ but the pain in his left arm was much more
 “ severe than formerly, at the termination of the
 “ fit, which was always brought on by walking
 “ quick. A perpetual blister was made at the
 “ scrobiculum cordis, and he began to take a de-
 “ coction of bark, with a drachm of volat. tinct.
 “ guaiac. thrice a-day. By these means, and by
 “ changing his plan of life, sitting less, and using
 “ more regular exercise, the disorder left him,
 “ and has not since returned.”

Fonticuli aliquando bonos effectus præbent. In
 uno exemplo, ope eorum æger brevè convaluit,
 cum magni, et in utroque femore insiti fuerunt *.
 Regio calida nonnunquam multum profuit. In
 uno exemplo, postquam omnia medicamenta incaf-
 sum tentata fuerant a Doctore ADAIR CRAW-
 FORD,

* Med. Observat. et Enquir. vol. 6.

FORD, ille peregrinationem ad Neapolin hortatus est, ubi, sine ullo alio remedio, ægrotus brevè morbo liberatus fuit. *Arsenicum* etiam videtur præstantissimos edere effectûs. In * uno exemplo, quod summam fidem meretur, hujus administratione sanatio perfecta est. Dosis fuit, † solutionis Doctoris FOWLER guttæ sex, et postea ad guttas tredecim aucta fuit.

Per totum hujus morbi cursum æger victu tenui uti debet, sed non multum cibi, uno tempore, in ventriculum sumi licet, hinc enim paroxysmum inducendi periculum. Caveat etiam a nimio motu, Venere, ira, liquoribus spirituosis, et ab omni quod sanguinis motum adaugeret ac perturbaret.

* Med. Comment. for 1791.

† Pro solutionis formula, vide Fowler's Reports on Arsenic.

F I N I S.

